

## Codice Diplomatico Longobardo I, 79

+ Regnante domni nostri Liutprand et Hilprand ueri excellentissimi regis in Italia, anno piaetatis eorum tregensimo primo et octauo, sexta die mense septembris, inductione undecima; feliciter. Expensem praedeis rostecis, id est terra in casale Uarissio super lacum, petza una de campo cum arboribus super hauente, qui est in longitudinem: per uno latere pertecas numero tregenta et quingue, et per alio latere pertecas uiginti et quattuor; et ex trauerso: da uno caput pertecas uiginti et septe, et per alio capite perteca una. Eam emit manciproque accepit Romoald uir uenerabilis presbiter ex accolo basilicae Beati Petri apostoli situm suprascripto Uarissio de Audane honesta femina relecta quondam Uenerio auri tremisse quattuor et medio. petit idem suprascripta Auda uindetrex, et omnem praetium placitum et definitum in praesenti accepit, sicut inter eos conuenit, pro suprascripta terra in suprascripto casale Uarissio super laco, sicut soperius legitur; inter adfinis: ab uno latere heredis quondam Uuillipert, ex alio latere ipsius emturi seo Liodolo, et si quis aliis sunt adfinis. facta hanc mancipationem Romoaldi uiro uenerabili presbitero comparaturi. dubla bonis conditionibus concesserunt, ut tunc quantum eas res re meliorata rei extimationis ualuerit, tantum et alterum tantum dari stipulata est Romoaldi uiro uenerabili presbitero contractori et comparatori, spo pondedit suprascripta Auda honesta femina uindetrex ad omnia suprascripta. Actum ad ipsa basilica in Uarissio; feliciter. + Signum + manus Audani honestae feminae, qui hanc cartolam uinditionis fieri rogauit. + Signum + manus Uuilliareni filii quondam Uuillimo uiri honesti exercitalis testis. + Signum + manus Iohanni filii quondam Pauloni uiri honesti exercitalis testis. + Rodepertus clericus uhic cartole uinditionis rogatus ad Audane teste suscripsi. Ego qui supra Maurace uir clarissimus scriptur huius cartolae pos tradita compleui et dedi.